



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XXI. V. sint iure Diuino aliqui proprij, an tantùm positiuo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

per obseruauit, & obseruat, alienū esse ab in-  
stitutione & mandato Christi &c. Anatha-  
ma sit.

*Quæstio*

XX.

*Respoſio.*

Proprius Sacerdos idem est, quod ordina-  
rius, cui nimis ex proprio officio &  
iurisdictione cura animarum incumbit, &  
iudex est in foro Pœnitentiæ: Nam proprius  
distinguitur à delegato, & qui ex commis-  
sione absoluit, non est proprius Sacerdos. Aliud  
enim est, esse legitimum, & aliud proprium;  
ut proprius fit ordinarius; legitimus tamen  
est, quicunq; id potest, siue propria, siue cō-  
missa autoritate.

Tres ergo sunt cuiuscunq; secularis Chri- Proprii Sa-  
stiani proprii Sacerdotes: Nempe, Romanus cerdotes  
Pontifex, qui est Vniuersalis totius Ecclesiæ, tres.  
vt patet ex illo dicto Christi: Pasce oves me- Ioan. 21.  
as. Et Episcopus in suo Episcopatu, iuxta il-  
lud Actorum: Attendite vobis & vniuerso Acto. 20.  
gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit E-  
piscopos, regere Ecclesiam Dei. Et Parochus  
in sua parochia; Qua de re Paulus ad Titum  
ita scribit: Et constituas per ciuitatem Pres- Tit. 1.  
byteros &c. Nā Archiepiscopus non est pro-  
prius Sacerdos in Episcopatu Suffraganei, li-  
cet habeat iurisdictionem super Episcopum  
in foro exteriori.

Suntne iure Diuino aliqui proprij, . *Quæstio*  
an tantum positivo? *XXI.*

L 3

Iure

## *Caput VI. De Ministro*

**Respoſio.** IVre Diuino aliqui ſunt proprij & ordinarij, aliqui vel nulli, vel ſaltem extraordi- narij: Et ratio eſt, quia Sacerdos in ſua or- dinatione nullam accipit iurisdictionē; ſed tantum ordinis potestatē. Ordinis au- tem potestas abſque iurisdictione non ſuf- ficit, ut quiſquam conſtituatur Iudex in fo- ro Eccleſiaſtico, tam interiori, quam ex- teriori.

**Quæſtio  
XXII.**

*Licetne ex priuilegio et commiſſione  
proprij Sacerdotis, alteri  
confiteri?*

**Respoſio.** OMnis & ſolus ordinarius, qui propriam habet animarum curam, ſi non fuerit prohibitus iure, potest cuicunque alteri Sa- cerdoti iure non impedito, concedere facul- tatem abſoluendi ſuos ſubditos.

Delegatus autem, hoc eſt, cooperator, ſeu Vicarius non potest hoc, niſi expreſſum ha- beat ſui Superioris mandatum.

Probatur ex uſu Eccleſiae. Secundò pro- batur, niſi id fieri poſſet, cederet hoc in ma- ximum Christianorum detrimētum. Sunt enim ordinarij ſæpenumerò vehementer impediti; ita ut non ſint omnium Confef- ſionibus excipiendis pares. Iam ſi huiusmo- di in caſibus non liceret aſciscere Vicarios, multi paſſim interirent ſine Sacramentis.

Dixi, ſi non fuerit prohibitus iure. Nam nomina-